Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



tem. Ipse uero cum sacrificare cogeretur sub iuliano
et contempneret: percussus gladio in corpore. xpisti
martirem fecit. vj kal' iuly. 26 Junij.

B xiiij Rome natale sanctorum Iohannis et pauli
fratrum: quorum primus prepositus. et
secundus primicerius constancie. filie constā
tini fuit. Qui postea martiry palmam gladio ce
dente perceperunt. Apud tridentinam urbem. san
cti vigily episcopi: qui sub stilicone consule p xpi
nomine magno lapidum ymbre percussus. mar
tirium compleuit. In pago pictauiensi. sancti
maxency presbiteri et confessoris. Eadem die. scē
perseuerande virginis. v kal' iuly. 27 Junij.

C iij Apud galaciam. beati crescentis discipuli
pauli apostoli: qui in gallias transitum
faciens. verbo predicacionis multos ad fid
em xpi conuertit: rediens uero ad gentem cui specia
liter fuerat datus. galathas usq; ad beatum finem
vite sue. in opere domini confortauit. Apud tiburti
nam urbem ytalie. natale sancte symphorose cum
septem filys crescente: iuliano: nemesio: primitiuo:
iustino: sacteo: eugenio. quorum mater sub adria
no principe. ob insuperabilem constanciam primo
palmis cesa: deinde crinibus suspensa. nouissime saxo
alligata in flumen est precipitata. Fily autem eius stipi
tibus ad trocleas extenti. diuerso mortis exitu marti
riū cōpleuerūt. Cordube sancti zoili martiris: cuius
corpus cum longo tempore ubi nam sepultum fuerit
latuisset. venerabili episcopo eiusdem loci nomine